



CONGREGAZIONE
DELLE CAUSE DEI SANTI

Prot. N. 2826-9/16

VERAPOLITANA
Beatificationis et Canonizationis
Servae Dei **Eliswae a Beata Maria Virgine**
(in saeculo: Eliswae Vakayil)
Fundatricis
Congregationis Carmelitarum Teresianarum.

In Ordinario Congressu, die 7 mensis Aprilis huius anni 2017 celebrato, haec Congregatio de Causis Sanctorum sequens dubium disceptavit, nimirum: "An constet de validitate Inquisitionis Dioecesanae, apud Curiam ecclesiasticam Verapolitanam peractae, super vita et virtutibus necnon fama sanctitatis et signorum Servae Dei Eliswae a Beata Maria Virgine (in saeculo: Eliswae Vakayil), Fundatricis Congregationis Carmelitarum Teresianarum: testes sint rite recteque examinati et iura producta legitime compulsata in casu et ad effectum de quo agitur".

Haec Congregatio, attento voto ex officio redacto reque diligenter perpensa, rescripsit: **AFFIRMATIVE**, seu constare de validitate eiusdem Inquisitionis in casu et ad effectum de quo agitur, sanatis de iure sanandis, et ad mentem. Mens autem est ut in *Positione super Virtutibus* praefatae Servae Dei quaestio de attributione eidem Servae Dei tituli "Fundatricis Congregationis" explorari debeat. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Congregationis, die 7 mensis Aprilis A.D. 2017.



Angelus Card. Amato, S.D.B.
Praefectus



+Marcellus Bartolucci
Archiepiscopus tit. Mevanien.
a Secretis